FLORA.

№ 12.

Regensburg. Ausgegeben den 2. Mai. **1866.**

Inhalt. W. Nylander: Adhuc circa characteres quosdam Lichenum. — Literatur. — Verkäufliche Pflanzensammlungen. — Verzeichniss der im J. 1866 für die Sammlungen der kgl. bot. Gesellschaft eingegangenen Beiträge.

Adhuc circa characteres quosdam Lichenum.

Scripsit W. Nylander.

Facile patet, characteris cujusvis systematici pondus a constantia determinari et forma distincta, quas offert. Si character minus stabilis est vel si e formis pendet metamorphosi normali variantibus transitusque inter se sistentibus, hic character minoris necessario est momenti, nec solus criterio inservire potest, nullam enim differentiam certam probat nisi aliis characteribus accedentibus confirmatur. Theoriam nullam anteceptam hoc respectu admittere fas esse, ante monui [1]). Momentum organorum determinatur a diversitate, quam in casibus singulis ostendunt et designant. Ubi, ex. gr., differentiae incertae observantur, vel non discernendae in partibus ceteris, sed in unico organo, vel parte notae absolute divergunt, tunc hic character distinctionem jubet. Ita differentias sporarum, quoad numerum septorum vel

1) Vid. in Ann. Sc. natur. Nyl. Lich. Nov. Gran. 2, p. 142, 143. In Th. Fr. Gen. Heterol. p. 30, 31, solenniter pronuntiatur: „Quo magis quaeque pars sit plantae ipsi gravis atque necessaria, eo magis debere illam in systemate naturali construendo esse momenti, inter primas haud dubie necesse est sporis concedere partes — ad series itaque, familias vel genera posses uti — igitur in generibus potissimum definiendis sporas respeximus.“ Quid de ea re dicunt Bryologi vel Hepaticologi? Ejusdem modi sententia ovariis vel ovulis in zoologia partes primae inter characteres systematicos darentur. Scriptor Upsaliensis infinita omnium rerum licentia excellit nuperrimeque in Flora hujus anni p. 18 me quidem in lichenologicis judicem maxime spernendum declaravit; at-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0179-7

formam nonnihil variantem, aut colorem hymenii ope iodi [1]) noi nihil alium, tamquam notas haud prorsus certas putare licet, desunt aliae magis necessariae.

Inter characteres, qui in classe Lichenum momentum max mum offerunt, varios indicavi, ante praetervisos vel ante hau accurate perceptos. Tales sunt notae gonidiales et spermogonic et quae e reactione iodi sumuntur. Quaedam hic circa eas a dere liceat.

Mox vero alius character hac occasione commemoretur. hodie sic dictis *Cladoniis* observatur, species plurimas thal gaudere basi folioso vel squamaceo-folioloso et podetia (corti sat facile saltem pro parte pulveraceo-fatiscente) saepe plus m nusve foliolis vel squamulis exasperata atque saepius plus m nusve scyphophora habente. Iis speciebus nomen *Cladonia* opt me retineatur.

---

tamen quaerendi venia detur, nonne rectius basis plantae cujusvis in appara organico **vegetativo** (ut aiunt) ponatur, sine quo ea vivere nequit. Con sporae, haud raro deficientes, sese minus „graves et necessariae" ostendu atque certe in vegetabilibus inferioribus vulgo tanto minoris sunt mome quanto facilius eadem variis modis propagantur.

1) Fabulas suas solitas contra me repetens D. **Fries** denuo affert, ex. g me reactionem iodo effectam attulisse tamquam signum Lichenes omnino a Fu gis distinguens, etsi eam numquam aliter eo respectu proposui quam sicut minimum accedens in certis casibus, ubi dubium restitit in formis Lichenac infimis a Fungis simillimis distinguendis. Et quid novi vel proprii vel serii hoc capite aut aliis addidit scriptor Upsaliensis? Si, ut vult, reactio iodica mo „**bisweilen** sehr nützlich sein kann, um **verwandte** Arten zu untersch den", ejus notae raro mentionem facere deberet. Etiam aegre perspicitur, sic aliter se haberet haecce chemica nota quam aliae differentiae organicae, textura (quae nihil accidentale praebere potest) pendentes necessaria cui plantae. Atque certissime character chemicus aeque constans observatur (t in generum quam in specierum differentiis) ac notae organorum ipsor etiamsi hoc Domino Fries non placeret. Cur non explicavit, apud quos Lic nes — „**magnam** ne dicam **maximam partem** de quibus affert N. gel nam hymeneam iodo vinose rubentem" — „colorem **fuscescenti-luteu** iodo invenit? Cur non exempla quaedam citare? Vel anne hocce pertinet inventa innumerabilia, quae evocavit studium gloriae peculiaris? Ante infau statuerat D. Fries, „notas chemicas ad systematicum usum **parvi** vel **nulli** esse momenti" et „reactiones quae iodi auxilio conspiciuntur, fallaces et var biles", etc. Nunc has **aliquando** utiles fatetur, quod progressum sistit r praetervidendum, et mihime dubito quin brevi sit perspecturus (nisi jam p spiciat), studium Lichenum eo auxilio maximi ponderis utilissimique carere r posse idque semper esse consulendum. Cui, diebus proximis, novum addend exponam criterium chemicum speciosissimum ejusque indolis, ut exacte dem strét, lichenographiam eadem destitutam confusionibus facillime laborare.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0180-7

In aliis thallus efoliolosus, podetia ascypha, ramosa, vulgo oxyclada, cortice non pulveraceo-fatiscente (sed interdum evanescens stratum medullare subarachnoideum denudans). *Cladinae* dici possint. Huc pertinent: *Cl. rangiferina*, *peltasta*, *uncialis* (et *amaurocraea*), *medusina*, *candelabrum*, *gorgonea*, *Salzmanni*, *divaricata*, *leporina*, *aggregata*, *retipora*, *schizopora* et forsan iis adjungi possit *Cl. papillaria* (sin praestat eam cum Dufoureo referre ad *Pycnotheliam*). *Cladonia furcata* et affines accedunt ad *Cladinas*, at charactere foliolorum differunt.

Ita differentiis morphoseos thallinae distinctiones genericae vel subgenericae hic determinantur, quae omnino naturales videntur.

Quod ad differentias gonidiales adtinet, ejus ponderis eae apparent, ut sane Lichenes series binas quasi parallelas praestare videntur, alteram scilicet gonidiis, alteram gonimiis (vel granulis gonimis) in textura designatam, quae elementa anatomica diversa analogia quadam non carent cum globulis sanguinis apud animalia et similiter characteres absolutos ostendunt [1]). *Collemacei* typos complectuntur, in quibus apparatus gonimicus praeminet totumque thallum occupat, at in *Nephromiis*, *Pannariis*, *Stictinis*, etc. idem apparatus anatomicus modo reductus vel ad stratum peculiare contractus exstat. Notatione autem dignissimum est (atque hoc quidem characteris summum pondus distinguit), typos in his Lichenibus congruere extusque simillimos esse cum typis aliis in serie eorum, qui thallum gonidiis instructum habent; hoc simul de generibus et speciebus valet, ita ut species et genera adsint gonimica parallela cum speciebus et generibus gonidicis. Tantae quidem est gravitatis hic apparatus anatomicus, ut gonimia formas induant diversissimas, ubi facies externa Lichenis parum vel vix mutatur; quod praesertim observatur in cephalodiis *Stereocaulorum* [2]). Idem per-

1) D. Fries libentissime inter gonidia et gonimia transitus qualescunque insinuare vellet; nulli autem tales inveniuntur. Ceteroquin, ut jam alibi dixi, si de pretio characteris ejus dubia seria afferre ageretur, demonstrandum erat, in una eademque specie aut in eodem thallo transitus ejusmodi occurrere vel metamorphosin e typo gonidico in typum gonimicum aut viceversa, adeo ut hic character nihil constans haberet. De gonidimiis vid. Flor. 1866, p. 116.

2) „Wir werden sehen" dicit D. Fries in Flora h. a. p. 19. Algolichenomachiam exhibet. Invento novo se illustrans, Algas detexit malignissimas, se sub corticem Lichenum (saltem Stereocaulorum) intrudentes excrescentias pathologicas efficere, et sic oriri cephalodia, quae nihil aliud essent quam

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0181-3

tinet ad gonidia, quorum tamen formae minus variant. Quid ac huc hodie *Pannariam brunneam* et *Lecanoram hypnorum* affinc habent, revera affinitatem impedit.

Forte haud inutile sit, ut hic simul de charactere sperm goniorum addamus animadversionem. Dr. Stizenberger, auct rem inventis non optimis notabilem sequens, attulit (Flechte syst. p. 132), spermatia formas tantum exhibere paucas et mul pauciores quam sporas; quasi eam ob causam spermogonia po deris systematici essent minoris. Quid valet ejusmodi argume tum? Qui numerus formarum necessarius est parti cuidam pla tae, ut ei momentum serium systematico respecto decernatu Nescio equidem, an spermatia vere pauciores differentias habea (si rite considerantur) quam sporae; sunt saltem illorum ty haud pauci. At numeris talem rem permittens constituere d

formationes morbosae prorsus accidentales. Hae „algae" peculiares, si nomi quodam exornandae haberentur, optime Friesiades appellarentur. Me quidem judicium superbe rejicere convenit Domino Fries. Observationem men simplicem submittere audeo rem examinantibus (iis, qui errores facile cipiunt, non scribo), scilicet „algas parasitas" Friesianas totos thallos (typice omni statu) pervadentes non deesse neque eas differre ullo sensu anatomico elementis gonimicis aut gonidicis. Itaque si in cephalodiis gonimia varia algis sumerentur, omnia facile gonidia Lichenum pro parasitis talibus dec randa essent, nam anatomice omnino congruunt. Sic itur ad astra! Cite hic, exempli causa, *Coccocarpia ciliolata* Mnt., cujus thallus stratum cor nuum offert e gonimiis scytonemoideis coeruleis compositum; nihilo minus Lichen integram praebet valetudinem, etiamsi displicuerit Domino Fri Atque quo mirando modo inventum suum demonstrat (l. c. p. 22): „Ganz üb zeugt bin ich — Diese sogenannte Gonidia sind folglich" („eine paras sche Alge" — aut quodcunque volueris)! Satis est, ut sic sibi persuade Verba citata incomparabilia totum commentarii ejus ampli summam exprimi Quoad characterem anatomicum cephalodiorum, quem aggressus est D. Fri nihil deminuitur re, gonimia vario statu in iis singulis obvenire; typos hab haec organa in Stereocaulis, quales indicavi, neque ulla logices Friesianae centia mutantur. L. c. p. 24 rem refert, quasi cephalodia deesse non novis in *„St. lecanoreo, sphaerophoroide, pityrizante"*, etc. Videatur de iis Synopsis. Ars Friesiana, semper innocentiae partes agens, responsa mea (l ter sane scripta, si comparantur cum gradu modoque errorum aut offension in „impetus" detorquere studet mihique attribuere quod ad ipsum perti Errare humanum est, sed minus excusatione dignum quod magnis verbis pl dicatur. D. Fries fastidiosas esse contendere videtur lectoribus Florae madversiones circa peccata sua. Amoenissimum contra aestimet, si ipsius v quaedam modesta hic citantur. Legitur, ex. gr., in Gen. Heterol. p. 46: „ mariae systematis Nylanderiani rationes vel falsae vel non satis scite adhibi et „systema Nylandri altius inspectum atque diligentius exploratum alie saepius et repellit." Sic alte inspiciens et explorans Fries! Neque mi est, si inventis singularibus arteque peculiari eminet.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0182-9

beret aestimationem omnium characterum, ita ut singuli numero quodam vel mensura determinarentur, quoad pondus systematicum, atque ut sic edici possit, qui boni, qui sufficientes, aut qui negligendi essent. Quod fieri non potest. Characteres quales per se sunt videntur concipiendi, nec ulla theoria antecepta egent. Si quidem differentiae organi minus numerosae essent, aegre patet, cur characterem modo leviorem praeberent. Saepe saltem accidit, ut differentiae ceterae incertissimae vel nullae conspiciantur, spermogonia vero characterem optimum et criterium insigne afferunt. Exempla elegantissima saepe memoravi. Talia sunt: *Platysma subperlatum*, quod spermogoniis neglectis dignosci fere non potest a *Parmelia latissima*; *Platysma commixtum*, quod vix nisi spermatiis distat a *Platysmate Fahlunensi*; *Physcia adglutinata* similiter distincta a *Ph. obscura*, quacum (spermatiis non examinatis) ante juncta fuit ut varietas; etc. Quod cum ita sit, cur spermogonia rejicere vel ad infimum quendam referre velle ordinem characterum?

Facillime similiter reactiones chemicas, iodicas et alias, probatur summi esse ponderis adminiculaque practica sistere lichenologis hodiernis maxime necessaria.

Literatur.

L. R. et C. Tulasne, Selecta fungorum Carpologia. Tomus III. Paris 1865. 221 pag. 22 Tabulae.

Der dritte Band dieses in der Flora schon früher (Jahrg. 1862, p. 15, 1864, p. 442) angezeigten Werkes behandelt drei Gruppen von Ascomyceten, welche von den Verf. *Nectriei*, *Phacidiei*, *Pezizei* genannt werden.

Unter dem ersteren dieser Namen werden zusammengefasst die Pyrenomycetengattungen *Torrubia* Lév. Tul. *Epichloë* Fr. (nebst einer neuen, wahrscheinlich hierher gehörenden exotischen Gattung *Hydropsis* Tul., welche anhangsweise beschrieben wird), *Claviceps* Tul., *Hypocrea*, *Hypomyces* Tul., *Nectria* de Not., *Sphaerostilbe* Tul.

Den Typus von *Torrubia* stellen *Sphaeria militaris* Ehr. (*Cordyceps* Lk. Fr.) und *Sph. ophioglossoides* P. dar. Erstere entwickelt ihr Mycelium im Leibe von Raupen, zumal des Bombyx Rubi, und treibt aus dem Innern des abgestorbenen Thieres

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0183-5

rima attuli exempla, utilitatem summam probantia. Sequentia hic addere liceat.

In hodie sic dicta *Parmelia perlata* experientiis multiplicatis observavi, in certis speciminibus medullam reactione erythrinosa ab hypochlorite calcico mox eleganter tingi, in aliis vero medullam semper manere albissimam, si solutione ea superfunditur. Externe vix alia differentia adest quam sorediorum, analoga ut inter *Everniam prunastri* et *E. mesomorpham*, quae steriles vix aliter inter se characteribus externis differunt. *P. olivetorum* (Ach.) dici possit quae soredia subtilissime albo-farinosa habet et *P. perlata* quae eadem habet tenuiter granulosa. *P. olivetorum* reactionem constantem dat medullae erythrineam, *P. perlata*, autem constanter nullam, et haec differentia jam in thallo maxime juvenili apparet [1]).

Hydrate kalico similiter reactiones elegantissimae et utilissimae observantur. Sic reactio thalli flava vel flavo-virescens *Lecanoram subfuscam* distinguere jubet a *L. umbrina*, *conferta*, *dispersa*, quibus reactio talis nulla. Contra ex. gr. in *Lecanora ochroidea* (Ach.) thallus hydrate kalico flavescit et ita simul margo thallinus apotheciorum, at hic mox deinde purpurascit; dedi eam in Lich. Paris. nr. 41. Atque in *Lecanora blanda* thallus totus mox flavo-tinctus deinde purpurascit. In *L. cinerea* vera fere idem occurrit, scilicet thallus primo flavescens deinde cito rubricosum sumit colorem, unde distinctio ab *obscurata*, *gibbosa* (calcarea), *cinereo--rufescente* (Auct. pr. p.), etc., quibus thallus ita non tingitur.

Inter thallos multos flavos, qui hydrate kalico colorem non mutant (h. e. qui acido chrysophanico carent), citentur *Lecanora epanora*, *L. Schleicherii*, *L. chlorophana*, *L. oreina*, etc., *Dermatiscum*, *Lecidea geographica*, *Thelocarpon*, etc.

Nec desunt alia adminicula chemica utilia (haud pauca jam tentavi) inter quae interest, ut optima seligantur.

Corrigenda.

Pag. 179, l. 1, l. vulgo ascypha.
„ 199, l. 5, „ filamentis.
„ — l. 14, „ quarum.
„ — l. 35, „ maundatur.

(coeruleam, violaceam, vinose rubram, fulvam aut nullam) iodo exhibet. In Th. Fr. Gen. Heterol. p. 4 fabula solitae indolis contra me etiam circa licheninam legitur. Cur non contra Massalongo conversus est, qui eo termino ubique utitur?

1) Ambae adhuc in ditione florae Scandinavicae occurrunt.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0236-0

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1866

Band/Volume: 49

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Adhuc circa characteres quosdam Lichenum 177-181